

patre estemur: et filium estemur. Haec enim scriptum sit: diliges do-
minum deum tuum et ipsi soli seruiet. negant filii esse se soli deos: sed
non sunt soli: pater enim mecum est. Haec non est solus deus: pater enim se ad esse testa-
tur. ad esse spiritus sanctus. Nunquam enim potest a se tantum separari. Venique a
patre est celsus: descendit spiritus sanctus corporali specie sic coluba. Quo-
modo ergo heretici dicunt quod solus in celo est: quod non est solus in terris. Ad-
uertamus mysterium. Quare sic coluba. Simpliciter enim lava-
eri requirit gratia: ut simus simplices sic columbe. Pacem lauacri
requirit gratia: quam in typo ueteri coluba quando ad illam archam quam
sola fuit diluuii immunitas aduenit. Docuit me cuius typus
columba illa fuerit: quod nec descendere dignatus est in specie colu-
be. Docuit in illo ramo in illa archa typum fuisse pacis ecclesie:
quod in ipsa mundi diluuii spiritus sanctus ad ecclesiam ^{sua} pacem afferat
fructuosam. Docuit etiam: quod propheta spiritu cernens baptisma-
tis sacramentum ait. Quis dabit in pennas sic colube. Venit ergo
spiritus sanctus: attende mysterium. Venit ad christum: omnia enim per ipsum
facta sunt. et in ipso ~~est~~ ^{est}stant. Sed uide beniuolum deum quod solu-
se murum subdidit. Solus gratiam non habuit. Et edificauit
ecclesiam. Rogabo inquit patrem: ualidum paraclitum dabit uobis.
ut uobiscum sit in eternum. Spiritum ueritatis quem hic mundus non potest
accipere: quod non uidet eum: nec agnoscit eum. Merito ergo se in corpe
demonstrauit: quo indiuitiarum substantia non uidetur. Vidimus
spiritum: sed in specie corporali: uideamus et patrem: sed quod uidere non possumus.
audiamus. Adest enim beniuolus deus: non relinquet templum suum.
Uult omnem edificare animam: uult eam ad salutem informa-
re: uult lapides uiuos a terra ad celum transferre. Diligit templum
suum: et nos diligamus eum. Si diligimus deum: precepta eius seruemus.
Si diligimus eum: non ueremus eum. Qui enim dicit quod nouit eum et pre-
cepta eius non seruat: mendax est. Quomodo enim potest deum dilige-
re qui non diligit ueritatem: cum deus ueritas sit. Audiamus ergo patrem